

num. 2. Nam vita, & militia succedit loco portio-
nis hereditariæ seu alimentorum * aut legitimæ.
Antonin. de Marin. reolut. 45. nu. 5. & refol. 245.
nu. 4. & refol. 246. num. 3. lib. 2. Mastrill. decisiō.
85. nu. 17. & 18. cum adductis per Bottill. de suc-
cess. ab intestat. cap. 3. Theoremat. 109. nu. 42. &
Theoremat. 110. num. 2.

Lite autem pendente super vita, & militia,
constituo de illius bono jure, qui prætendit si ta-
men simul concurrat paupertas * si decretum pro-
visionis pro alimentis, & sumptibus litis. Anto-
nin. de Marin. resolutione 143. numero 9. lib. 1.

Quod autem diximus alimenta per obitum ali-
mentarium quemadmodum vita, & militia extingui,
ita demum procedit, * si quid annum pro illis
solvit, fecus verò ubi certum aliquid aestimatum
relinquitur. Thesaur. quæst. for. 25. nu. 6. & seq.
lib. 1. Merlin. de legit. libr. 1. tit. 2. quæst. 5. n.
37. Merlin. Pignatell. controversial. 10. nu. 18. cent.
2. Sicuti per mortem alimentaria non extinguun-
7 tor * quando supersunt ex eo descendentes erga
quos alendi onus, extenditur. Thesaur. dicta qu.
25. num. 9. lib. 1.

Verum prædicta intelligas quando pro unica vi-
ce tantum, aliquid pro alimentis assignatur, non
autem quando assignatio * non abdicativa omnino
ab assignata fit, sed ad effectum ut alendus
absque impedimento, ac liberè ejus durante vita
alimenta consequi valeat, ut in specie animadver-
tunt scribentes in l. 2. Cod. si quid in fraud. Molin.
de Prithog. Hilpan. lib. 2. cap. 15. num. 72. & la-
tius exornat Rota in Romana alimentorum 11. Fe-
bruarii 1605. coram Penia inter ejus impressas deci-
siones.

C A P U T X X I I .

S U M M A R I U M .

- * Lis inter Patrem, & filium esse non potest.
- 2 Filius non potest vocare patrem in judicio nisi petita venia. Amplia ut nu. 3. & nu. 4. & nu-
mero 7.
- 5 Vassallus Dominum in judicio vocat non petita
venia. Fallit in subditio erga supremum Prin-
cipem n. 6.
- 8 Obligatio inter patrem, & filium consistere non
potest. Fallit favore alimentorum n. 9. Et ac-
cedente juramento num. 10. & n. 11.
- 12 Patria potest non operatur in spiritualibus.
Nec in beneficialibus num. 13.
- 14 Filius familiæ minor pro patre excarcerando
valide obligatur.

NULLA prorsus inter patrem, & filium lis
intercedere * potest. Peregr. consil. 112. sub
nu. 12. vers. At inter patrem lib. 5. Cyriac. contro-
vers. 137. numero 1. Giurb. observat. 5. nu. 1. Ca-
mill. Borell. tit. 45. num. 46. part. 1. Catus tamen
adsumt, in quibus filii * in jus parentes vocare
possunt, dummodo venia petitio præcesserit. Ca-
mill. Borell. in sum. decis. tit. 45. num. 48. cum se-
quent. part. 1. Fontanelli. dec. 447. & dec. 448. &
late prosequitur Cyriac. controver. 137. num. 1. & se-
quent. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 9. sub nu. 2.
vers. secund. Giurb. dicta observat. 5. numero 2. &
sequent. Tantaque est reverentia filiorum erga pa-

rentes, ut neque emancipatio eos eximat, * quo-
minus antequam ipsos parentes in judicium vo-
cent veniam prius petere, ac obtineat obstrin-
gantur. Roland. à Val. consilio 18. num. 19. & 20.
libro 2. Borell. in sum. decis. tit. 45. nu. 47. part. 1.
Merlin. de legit. libr. 1. titulo 2. quæstione 3. nu-
mero 6. & 7. Hodie. ad l. hac edict. quæst. 16.
sub nu. 14. vers. scut. pater 15. & 16. Pignat. ad
statut. Ferrar. rubr. 9. num. 3. in fine. Cum autem
plures adfint causæ, ex quibus pater filios emanci-
pare tenetur, adhuc tamen, emancipationis * peti-
tio judicialiter fieri non potest, nisi venia præce-
dat. Ciarinus controversial. 117. nu. 9. Giurb. dicta
observat. 5. numero 3. Disputant quoque Docto-
res num. Vassallus venia non petita Dominum
in jus vocare valeat, * & magis communiter re-
ceptum appareat venia petitionem non esse necessaria-
riam ex cumulatis per Nos allegatione 53. numero
1. libro 2. & per Borell. in sum. decision. tit. 45.
numero 73. & sequent. part. 1. Pignat. ad statut.
Ferrar. rubr. 9. numero 15. At subdidius Princi-
pem supremum * in jus vocare nequit citra venia
impetrationem. Pereg. de Jure Fiscali lib. 7. tit. 3.
num. 1. Rolan. consilio 18. num. 15. lib. 2. Cyriacus
controv. 13. n. 55. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr.

9
Hanc pariter conclusionem amplectitur Auctor
hic numero 1. & 2. ubi illam quoque sibi locum
vindicare subjungit in petitione * alimentorum, 7
quam filius non facit nisi impremita prius venia.
Melan. decisione tertia, numero 4. & sequent. Merlin.
de legit. libr. 5. titulo 3. quæstione 6. nu. 12.
& per tot. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 9. sub nu-
mero 6. vers. vel alimentorum.

Inter patrem & filium in potestate constitutum
non consistere obligationem, * contractum, aut
donationem, præter hic notata num. 4. animadver-
tunt à Pont. consilio 10. nu. 13. libro 1. Ofasc.
decisione 125. num. 2. Gratian. discept. 82. numero
2. & 3. Rota decisione 397. numero 3. partit. 5.
recent. & apud Tanagl. de sac. Rot. Roman. Au-
dit. numero 8. fol. 354. & in Tiburtina redditionis
rationis 3. Junii 1647. & quia cum. vers. maxime
Meli. Quod tamen non militat quoties agi-
tur de alimentis, * quorum favore etiam inter
patrem & filium subsistit obligatio gloss. in l. 2.
verb. in potestate ibi, item aliquid diuinum pro
alimentis. Cod. de inoff. donati. Rota dicta decisio-
ne 397. numero 4. part. 5. recent. Hoc idem nemini
adducto affirmat Auctor hic numero 4. in fine.
Si autem contractui initio inter patrem, & fi-
lium accederet * juramentum, dubio procul ob-
ligatio exinde resultans subsisteret. Gratian. di-
cta disceptatione 82. num. 7. & sequent. Ofasc. di-
cta decis. 125. numero 5. & 6. Rota coram Coccin.
decisione 379. num. 5. & coram Cavaler. decisiō.
647. nu. 9. & in Romana fideicommissi de spiritibus
17. Februarii 1645. sub numer. 8. vers. quia Juris
communis Bichio impressa, apud Tanagl. de sac.
Rot. Rom. Audit. libro primo, capite vigesimo quinto.
fol. 354. & 355.

Jure canonico superioris dicta æque militant, ut
post alias * ratiocinatur Cyriac. controver.
137. numero 2. & 3. & pluribus exornatur hic per Au-
torem numero 5. quæ tamen conclusio ibidem li-
mitatur in mere spiritualibus, in quibus patria
potestas * nihil operatur, quam limitationem se-
quentur Cyriac. dicta controvers. 137. numero 4.
Sperell. decis. 89. nu. 11. & 12. Pasqual. dec. 389.
num. 3. & 4. sicuti neque in beneficialibus major
namque quatuordecim annorum potest tam in
spiritualibus, quam in beneficialibus * sine con-
sensu

Observationum de Alimentis. Cap. XXIV. & XXV. 35

sentu patris stare in judicio, ut concludit Auctor
hic numero 6. Rota coram Merlin. decisione 20,
numero 5. & 6. Post. de manutent. observ. 67. sub
numero 2. vers. quodque minor. Sicuti filius fami-
lias adhuc minor validè obligatur * pro patre ex-
cacerando, aut ne in carcera detrudatur. Rota
in Anconitana pecuniaria 5 Maii 1654. §. de va-
liditate, & per totam Zarate.

C A P U T X X I V .

S U M M A R I U M .

- 1 Servis legari non potest. Declara ut numero 2,
& numero 3.
- 4 Servi non habent nomen, nec quid proprii. An
possint ingredi religionem, ac in ea profiteri
numero 7.
- 5 Heretici sunt capaces legati alimentorum.
- 6 Inquisitio Sancti Officii hereticis, dum existunt
in carcerebus, alimenta præstat.
- 8 Famuli testes esse non possunt pro eorum Domi-
no. Fallit ut numero 9, & numero 10. Ex-
pulsi à Domino contra eum non probant, nu-
mero 11.

SERVIS legari non posse admittunt * quo-
que Ricciul. de person. extra grem. Eccles. exis-
tent. jure lib. 5, capite 27, sub nu. 20, vers. si quid-
em Rub. ad Rot. decisione 55. num. 95, part. 9.
tom. 1, ubi è converso quod servus testamenti fa-
ctionem non habeat. Georg. Mund. consil. 3, nu-
mero 170, libro 1, ubi quod servus iussu testatoris
testamentum scribere valeat, sed circa istud, vi-
denda erunt tradita in proposito per Dian. part. 7,
tract. 7, resolut. 31. per totam fol. 153, ubi cum aliis
concludit quod servis donari * validè, & legari
possit etiam ab cindendo à sententia Domini quod
crederem de jure canonico, seu in foro interiori,
duntaxat sustineri posse, ut declarat Scac. de com-
merc. & camb. quæst. 7. part. 2. ampliat. 19, nu. 5.
fol. 407. & prius quæst. 1, nu. 533. fol. 138.

In eo tamen convenient omnes, quod servo ali-
mentorum * nomine relinquunt possit ad notata hic
per Auctorem, num. 2, & concludit Ricciul. de
jure personarum extra grem. Eccles. existent. lib. 5,
cap. 27. n. 20, in fine. Lanfranc. Zacch. de Salar.
qu. 6. n. 4. Quatenus vult servis deberi, ideò illo-
rum capaces praexistunt, cum nec belliosi dene-
gentur. Cæterum in reliquis non proprii, nec no-
men * habere possunt, quod ipsis dimittere, &
aliud reassumere nullatenus permittitur ad notata
per Doctores in L. unica C. de mut. nom. & animad-
vertit Hoppyng. de arm. c. 21, nu. 186.

Ad instar servorum cum heretici reputentur,
ideo & ipsis capaces censent legati * alimento-
rum. Sanchez, in præcept. decalog. libro 2, capite
14, numero 41, cum adductis per Ricciul de jure
personarum extr. grem. Eccles. exist. libro 5. dicto
capite 27, nu. 19. In tantum quod Fiscus hereti-
co existenti in carcerebus sancta Inquisitionis ali-
menta præstat * etiam post abjurationem, sen-
tentiam & relaxum ad brachium saeculare donec
executatur. Burfat. consil. 43, numero 9, & consil.
289, numero 9, & sub num. 22. vers. quartæ quæ-
stioni: alios recenset Ricciul de jure personarum
libro quinto, dicto capite 27, num. 22. Num vero
servi religionem ingredi in eaque profiteri * va-

C A P U T X X V .

S U M M A R I U M .

- 1 Minor in judicio stare non potest sine Curatore.
Solus nullitatem judicis allegat, numero 2.
In possessorio judicio sine Curatore esse potest,
numero 3. Mulier sine Curatore dotem, sibi
constituit in stabilibus numero 4. Fallit ut nu-
mero 5. Sine curatore in causa alimentorum
validè intervenit numero 7.
- 6 Judicium factum cum minore habente Curato-
rem ipso non citato sustinetur.
- 8 Curator ad lites Communitati non datur. Et de
ratione numero 9.

IN judicio minores stare nequeunt nisi prius
decreto ipsis * Curatore. Surd. decisione 108,
numero 1, 16, & per totam. Burfat. consil. 223,
numero 1, & seq. Viv. decisione 86, numero 3. Gi-
urb. decisione 109, nu. 5. Rota decisione 82. n. 1,
coram Royas, & decisione 189, num. 14. & deci-
sion. 203, apud Post. de subhaft. Thomas. de tutorib.
& curat. iii. 19, numero 3303. fol. 806, & nu. 4216,
fol. 913.

fol. 913. Leoncill. decis. Ferrar. 4. num. 1. & decis. 55. numero 1. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 8. numero 19. Othob. decis. 95. num. 5. & dec. 155. num. 18. Post. de manutent. observ. 67. numero 3. Rota decis. 248. numero 13. part. 9. tom. 1. recent. Quæ nullitas judicij sententia, & actorum tanquam favore minoris inducta † non nisi ab ipso allegari potest in tantum, quod si sententiam favorabilem nulliter obtineret, si illam acceptaret ab ejus adversario de nullitate inutiliter redargueretur. Surd. dicta decis. 108. numero 17. Leoncill. decis. Ferrar. numero 2. & seqq. & num. 6. Ludovis. decis. 467. numero 5. Joannes Carol. Antonell. de tempore legal. libro 2. capite 10. numero 18.

Solus tamen minor, & sine Curatore in judicio possessorio * valide esse potest. Thomat. dec. Macer. 109. n. 17. Post. de manuent. observ. 67. n. 1. Quinimò mulier minor etiam sine Curatore

* potest sibi in dotem constituere stabilia cum onere eadem resituendi. Spad. consil. 365. numero 12, 15. & 16. lib. 2. ubi ampliat istud etiam stante statuto disponente, quod maritus dotem lu-

cretur, quia quoad istud constitutio * pro non facta reputatur. Hodie. ad Surd. decis. 278. n. 1. & seqq. Cyriac. controvers. 508. numero 5. ubi quanquam absolute dicat esse nullam dotis con-

stitutionem, istud tamen intelligitur quoad effectum, ut maritus eam lucretur, non autem ut validè constitutatur.

Animadvertingo insuper, quod ubi minor habet Curatorem, tunc judicium sustinetur, etiam si adulterus solummodo ad judicium vocatus fuerit, ex quo in electione * actoris refidet citare minorum adultum, vel ejus Curatorem. Gratian. dec. March. 73. numero 3. & 4. Rota decis. 674. num. 6. part. 1. recent. duplicata apud Andr. dec. 29. & triplicata post Mangil. de subhaft. decis. 96. Ferentill. ad Buratt. decis. 440. numer. 9. in fine. Thomas de curat. titulo 10. num. 37. Pignat. ad stat. Ferrar. rubr. 8. numero 20. Rot. Maceraten. prædi 10. Junii 1624. Remboldo. Verum superius dicta non applicantur * ad præsentem materiam alimentorum pro quibus minor sine Curatore in judicio esse potest, ut latè prosequitur Auctor hic num. 4. circa quod videtur dubitare num. 5, 6, & 7. attamen quod minor petens alimenta in judicio si sit pauper non egeat Curatore tradit Leoncill. de privileg. pauper. 257. numero 2.

Quæ necessitas dandi Curatorem pro validitate judicii non militat respectu Capituli universitatis, sive Collegii, quamvis res publica jure minoris * & ejus privilegii gaudeat, l. 4. ubi gloss. & Doctores C. quibus ex cauf. Thomas de tutor. & curat. tit. 19. numero 372. fol. 307. Fontanell. decis. 273. sub numero 16. versic. quod non est. Quippe quoniam respectu præsentis articuli diversa militat ratio inter universitatem, & minorem, ex quo solemnitas * quæ adhibetur in deputatione Curatoris minori, non adaptatur universitati. Fab. in suo Codice libro 3. titulo 1. diffinitione 33. Thomas de curatoribus titulo 4. numero 87. Fontanell. dicta decis. 273. numero 16. in fine. Rota in Leodian. Pecuniaria 28 Junii 1647. in fine Bichio.

Laicus ab Ecclesiastico proprietatem ad censem, vel ad canonom, seu quid aliud recognoscens pro eadem * annua præstatio coram quo judice conveniri debevet in dubium revocabatur, nam judex Ecclesiasticus cognitionem ad se spectare contendebat. Abb. in Cod. si Clericus numero 12, & 13. & ibi Barbat. nu. 55. de foro compreendi. Felin. in c. causam

CAPUT XXVI.

SUMMARIUM.

- 1 Jurisdictio Ecclesiastica cum laicali non confunditur.
- 2 Judex laicus an sit competens inter duos Emphyteutas Ecclesiae. Quis sit in causa canonis numero 5.
- 3 Actor forum Rei sequitur.
- 4 Judicium favore Clerici claudicat.
- 5 Clericus agens ad censem pecunia constitutum contra laicum, secularis Judex dicitur competens.

JURISDICTIONES inter Ecclesiasticum, & secularis Judices inter se distinctas * esse, nec confundendas præmittitur hic in princip. Gall. practic. observ. 3. numero 6. & observat. 12. sub num. 1. versic. Ne jurisdictiones confundantur, & observ. 119. sub num. 2. versic. Quia jurisdictiones non debent confundi, libro 1. Spad. consil. 5. numero 2. & per totum lib. 1. Georg. Mund. consil. 12. nu. 126. & 127. libro 1. Si tamen contingat lis inter Emphyteutas laicos * super spectantibus ad utile dominium ab Ecclesia recognitum confusa, & anceps redditur jurisdictione, nam quod spectet ad Ecclesiasticum pro indubitate habet Rota decis. 42. numero 10. & seq. part. 6. recent. Ferentill. ad Buratt. decis. 780. n. 13. Antonin. de Marin. resol. 207. nu. 4. seq. ac per totum libro 1. Cyriac. controvers. 12. numero 67. Diana resol. 56. part. 4. fol. 19. Fontanell. decis. 341. numero 2. Tondut. de prævent. judic. part. 2. cap. 12. numero 42. In aliis vero tribunalibus cognitio prædicta ad judicem laicum spectat. Thesaur. quest. forens. 15. numero 20. lib. 2. Hodie. ad Surd. d. cis. 1. num. 6. & 7. Ciarlin. controvers. 17. numero 17. & per totum, dixi alleg. 42. numero 8. & alleg. 52. numero 28. lib. 2.

Præsupposita autem actione personali tantum ad canonom, seu censem ab Ecclesiastico intentata, intrat conclusio non admittens controversiam, quod Clericus actor * forum rei secularis sequi tenetur, textus est ad litteram, in cap. si Clericus laicum de foro competens, & admittunt mox citati Doctores Rota in Romana reintegrationis 23 Februarii 1654. §. nullitas Cerro. Benè verum est, quod si per laicum judicem alias incompetenter favore Ecclesiastici non opponens declinariam fuerit judicatum, secularis qui succubuit nullitatem ex defectu jurisdictionis opponere non poterit, ratione alias adducta, quod judicium favore Clerici * vel Ecclesiastice claudicat, ita ut non censeatur nullum, nisi quatenus Ecclesia, aut Clericus istud allegaret. Rota in dicta Romana reintegrationis 23. Februarii 1654. §. 1. versic. cum de hoc Cerro, & in Vercellen. manutentionis 28 Junii 1655. §. ad secundum respondetur, Bichio, & dixi ad præcedens cap. versiculo quæ nullitas.

Laicus ab Ecclesiastico proprietatem ad censem, vel ad canonom, seu quid aliud recognoscens pro eadem * annua præstatio coram quo judice conveniri debevet in dubium revocabatur, nam judex Ecclesiasticus cognitionem ad se spectare contendebat. Abb. in Cod. si Clericus numero 12, & 13. & ibi Barbat. nu. 55. de foro compreendi. Felin. in c. causam

Observationum de Alimentis Cap. XXVII. & XXVIII. 37

c. causam de præscript. Valaf. de jur. emphyt. qu. 39. sub num. 14. vers. Quid si emphyteutis, Borgn. decis. 45. num. 68. part. 1. Ciarlin. controver. 52. num. 10. Sperell. decis. 142. num. 42.

E contra vero Senatus causam sibi remitti viriliter insistebat, ex regula universalis, quod actor forum rei omnino sequi teneatur. Innocent. Felin. & Marian. in dicto cap. si Clericus de foro competens. Olaf. decis. 32. n. 6. in fine, Hodie. ad Surd. decis. 1. num. 6. Thesaur. quest. for. 15. num. 3. & per totam, lib. 2. dixi alleg. 42. numero 8. lib. 2. Ciarlin. controvers. 17. sub nu. 120. Fulgin. de emphyt. titul. de divers. quest. 5. sub num. 5. versic. Sed in hoc casu. Borgn. d. decis. 45. num. 69. part. 1. Bim. cons. 240. num. 54. Gratian. discept. 238. num. 16. ubi quod sit locus præventioni, Leoncill. decis. Ferrar. 57. nu. 18. Spad. cons. 55. num. 2. lib. 1. & cons. 89. num. 7. lib. 3.

Sed opus non fuit ingredi, minusve determinare questionem prædictam, ex quo versabamur non in proprietate censititia, sed in censi pecunia constituto, super quo dum contenditur, seu exactio judicialiter intentatur, utique illa coram judice seculari agitanda venit etiam quando Clericus, vel Ecclesia à Laico censem & pretendunt, quia in hac materia judex competens dicitur judex debitoris, non autem creditoris censis. Bald. in leg. acceptam 19. nu. 24. Cod. de usur. Cagnol. in leg. 2. Cod. de pacl. int. empt. & vendit. sub num. 113. Lup. comment. 2. §. 4. num. 14. Alex. consil. 103. num. 4. lib. 5. cum adductis per Cenc. de cens. quest. III. num. 6. Gratian. dicta discept. 238. num. II. Sperell. decis. 142. in fine.

CAPUT XXVII.

SUMMARIUM.

- 1 Hæres pro alimentis convenit pendeante confectione inventarii. Debitor hæreditatis convenire potest non confecto inventario num. 3. Declara ut num. 4. Habet novem dies ob mortem defuncti intra quos molestari non potest num. 6.

2 Alimentarius pro præteritis alimentis habet privilegium si contraxerit debitum.

3 Expenſe facie per hæredem in lite calumniosa eidem imputantur, & non hæreditati.

Convenitatem habet materia istius capituli cum ea, quam discussuri sumus in subsequenti, ad quod propterea recurrendum erit. Singularis tamen limitatio subjungitur, quod nimis hæres + pro futuris quidem alimentis etiam pendente inventarii confectione conveniri possit, secus verò pro præteritis, circa quod latius etiam notavimus ad cap. Sublimitarem quando is qui alimenta recipere debeat pro se alendo, aut studiis incumbendo debitum contraxit, + cum perinde habeatur, ac si alimenta consecutus non fuisset ad tradita per Gratian. discept. 60. ex nu. 22. usque ad 30. Mart. Medic. decil. Senen. 89. num. 20.

E contra autem hæres debitores hæreditatis confectione poterit + etiam pendente adhuc confectione inventarii, Surd. consil. 2. num. 36. ubi declarat non intrare titulum quod quisque iuris, Scac. de judic. cap. 34. num. 29. Cancer. variar. resolut. cap. 2. nu. 164. part. 3. Carus. in silv. termin. arb. 15. num. 47. Joan. Franc. Andreol. controvers. 198. num. 6. Cum declaratione tamen, quod ubi hæres + pendente inventari aliquem molestet, tunc ab eo reconveniri ex alia causa hæreditatis poterit Cancer. variar. resolut. cap. 2. num. 165. lib. 3. Baldax. de Angel. ad Gizzarell. decis. 76. num. 10. Carus. in silva term. arb. 15. num. 46.

Quoniam verò hæredes sub clypeo inventarii futilis, ac vana causa hæreditatis lites temere affectant, ideo jure merito succumbunt, ac in expensas + condemnantur, tunc ergo expensæ eorum damno non autem hæreditatis cedunt, Faber in C. lib. 7. titul. 17. definit. 7. de fruct. & lit. impens. Fontanell. decis. 98. num. 16.

Cæterum quia hæres dupliciter in judicium vocari contingit nimis, vel à creditoribus, aut legatariis, occasione, & ex persona defuncti, & tunc benè intrant, quæ mox diximus. At quando aliunde præterquam ex causa hæreditatis judicialiter conveniunt, & tunc non nisi + novem dies nuncupati luctus dan-

D tur